

## SCHEMA DI REGESTO

### PERGAMENA N. 13

COLLOCAZIONE:

SERIE:

DESCRIZIONE ARCHIVISTICA:

ESTREMI CRONOLOGICI:

CONDIZIONAMENTO:

SUPPORTO:

DIMENSIONI:

NUMERO DELLE CARTE:

NOTE:

Comune di Atessa- Archivio storico

Fondo pergamene n. 14

Incitamento agli atessani a pagare il debito

Con i Bardi di Firenze

23 aprile 1308

Cassettiera di legno

Membranaceo

Altezza 19,2 Larghezza 31,5 Diagonale 36

1

Scrittura minuscola diplomatica

#### SUNTO:

Napoli, 23 aprile 1308

Roberto, primogenito del re Carlo II e suo vicario, si lamenta con il capitano e il di lui luogotenente, i collettori, il mastro giurato, i baiuli, i giudici e tutti gli uomini di Atessa riguardo al pagamento della somma di denaro dovuta ai mercanti della società dei Bardi di Firenze. Posposto ogni pagamento a favore dei privati, dovrà avere la priorità, sotto la pena di 50 once d'oro, l'adempimento sollecito del debito nei confronti dei predetti mercanti. Chiunque, inoltre, tenterà di impedire l'esecuzione di tale comando sarà punito, oltre che con la predetta pena pecuniaria, anche corporalmente.

#### TRASCRIZIONE:

1. Robertus primogenitus illustris Jerusalem et Sicilie regis, dux Calabrie tic eius in regno Sicilie vicarius generalis, capitaneo vel eius locumtenenti, collectoribus,
2. magistro / Turato, baiulis, iudicibus, sindicis et universis hominibus Atisse devotis suis, salutem et dilectionem sinceram. Tot sunt contumacie vestre, tot
3. mandatorum / regalium et nostrorum neglectus, commisi per vos, universos homines, circa solutionem pecunie, quam mercatoribus de societate Bardorum de
4. Florentia, sicut nostis habe/tis exolvere, quod ad ipsius pecunie solutionem sollicitandi non essetis ulterius, sed graviter puniendi; nam illa vos tenete
5. contumacia pertinax, qua ignaviter ducti, man/data curie, que non sine diversis comminationis et penarum impositionibus processerunt, exequi non curastis.
6. Immo veluti qui creditis per dolum et subterfugia, non sine dispendio curie circa hoc, mercatores ipsos eludere, occasionem novam proponitis de solutione

- videlicet facienda per vos de certis pecunie quantitatibus certis privatis personis, /
7. profecto si dispendium quod ditta curia incurrit propterea et mercatorum ipsorum merita, que non modicani gratiam exigunt, consideraretis attentius, dictum eorum
  8. negotium / penes vos postpositionis dispendium non sentirei. Et ideo quia in votis gerimus ut iidem mercatores, quorum immensa servititia continuo apud nos
  9. suggeruntur, omni debeant penes nos prerogativa et prepositione gaudere, proposito irrevocabilj volumus quod, omni dilatione remota, ipsis de predicta eis
  10. debita per vos pecunia, postpositis privatorum solutionibus quibuscumque, celeris efficax satisfactio impendatur. Quare devotioni vestre, sub pena unciarum auri
  11. quinquaginta exigenda equidem a vestrū quolibet, / qui se presentium executioni opponeret, mandamus expresse quatenus statico orane sollicitudinis studium
  12. impendatis qualiter, postpositis quorumlibet privatorum solutionibus / faciendis, per vos dictis mercatoribus de predicta debita eis per vos pecunia, prout tenemini et debetis et vobis per alias nostras licteras est iniunctum, instantissime satisfiat
  13. non/obstantibus executioni presentium obligatione seu penarum impositione, ad quas vos homines Atisse seu vestri sindici pro vobis predictis privatis personis
  14. generaliter vel specialiter / essetis obnoxii, seu mandatis curie vel alterius cuiuscumque contrariis, per que effectus presentium posset aliquatenus impediri.
  15. Indubitanter autem tenere vos volumus / quod, si quis vestrū dictam presentium executionem aliqualiter impedire tentabit, preter predictam pecunialem penare
  16. eum punirij corporaliter propterea faciemus. / Datura Neapolj in camera nostra anno dominj millesimo trecentesimo viii die xxiii aprilis sexte indictionis.